# Preclariſſimus & ſolẽnis tractatus de executione inſtrumẽtorum excellentiſſimi utri. iur. doc. & magni pratici domini Antonii de Cahario.

C  OLLIGAM QVESTIO
nes quaſdaꝫ ꝑ numerũ circa
materiaꝫ executionis inſtru
mentorũ ſm formã ſtatuto
rum que cõiter ſunt ꝑ Italiã
Confidẽs nõ ĩ modulo mei rudis ingenii ſꝫ
in gratia illius qui effluenter dat & non in
properat. Et primo q̃ro dictat ſtatutũ q ĩ
publicũ inſtrumẽtũ nulla exceptio poſſit op
poni an alique iuſte exceptiões opponi pote
runt? Et uidetur q nõ: qꝛ uerbo generali oĩa
cõprehenduntur. ff. de leg. i. l. ſi cui ſeruos
oẽs. C. ſine cenſu uel reli. l. omnes. ff. ꝺ le
preſt. l. i. §. & generaliter. xviii. diſt. ſi ro
manoruꝫ. de maio. & obe. ſolite. & ubi lex
nõ diſtinguit: nec nos debemus diſtinguere
ff. de arbi. l. i. §. nõdũ. & . ff. de publi. l.
de precio. & quod ibi no. & tantũ ualet ge
nus quo ad oĩa quantũ ſpẽs quo ad ſpẽm. ff
de admi. tuto. l. ſi duo. de le. iii. ſi chorus.
in prin. de uſu. & habit. l. ſi ita. C. de qua.
preſcrip. l. ii. de preſcrip. xxx. an. l. ſi oẽs.
que iura ad hoc allegat Dynuſ in. c. generi.
de reg. iur. li. vi. Et ꝓ iſta pte uidetur tex. ĩ
c. ex pte tua. de of. delega. in. ii. rñſo. Incõ
trarium eſt ueritas q ſolum exceptiones friuo
le uidentur excludi. ar. ff. qui & a qui. app.
nõ licet. l. i. §. interdũ. de appel. c. paſtora
lis. & . c. ut debitus. & eſt tex. iuncta glo.
ff. de peti. here. l. & nõ tantũ. §. ſi ꝓ ẽpto
re. quod ui aut clã. l. i. §. & parui refert & ĩ
d. c. ex pte iũcta glo. q̃ĩcipit ſupple. & xii
q. ii. ſine exceptione. in. i. glo. & in. c. ꝑ
canon. de elec. in glo. ſup uerbo in exceptio
ne poſt prin. & no. in. c. cũ quis. de reſtit.
ſpo. in fi. prime glo. & quod ſuper ea addit
Io. an. allegans iura q̃ allegat glo. ĩ. d. §. et
ꝑ ui refert. & hoc in his terminis tꝫ Cy. ĩ. l.
ita pudor. ff. de adulte. Pro hoc qꝛ idem dici
mus in ꝓmiſſione cõuentionali qñ quis ꝓmi
ttit nulli contrariã exceptionẽ opponere: qꝛ
intelligitur de malitioſa: nã legitimas oppo
nere poterit pacto nõ obſtante dicto Spe. in
ti. de oblig. & ſolut. §. i. uer. inſtrumentũ
ſup uer. nullam aliã contrariã exceptionem.
allegat. ff. de pact. l. iuris gentiũ. §. ſi paci
ſcar. de elec. c. cãm que. de reſcript. cũ adeo
& . d. c. ex pte. hoc idẽ eſt in reſcripto quo
niam quantuncũqꝫ preciſe reſcribatur iudex
dꝫ legitimas exceptiones admictere ſm Ho
ſti. in ſumma de off. deleg. §. q ſit eius effe
ctum. uer. itẽ ad officiuꝫ eius ꝑtinet. allegat
d. c. ex pte. et. c. ſup eo. e. ti. & ꝺ iudi. c.
exhibita. & de prebẽ. c. fi. niſi executio tã
tũmodo demandetur de offici. dele. c. paſto
ralis. §. quia uero ſm eũ. & ideꝫ tenet ĩ. d.
c. ex pte. dicens exceptiones moratorias &
ſic friuolas uel parui preiudicii non aũt ꝑem
ptorias ꝑ dicta generalia uerba excludi ut re
fert Io. an. in. d. c. ex parte. ſup. ii. glo. ad
hoc facit etiam de ꝓcu. c. qui ad agendum.
li. vi. & quod ibi no. Io. an. in nouella. &
quod not. Spec. de eo qui renuntiauit omni
bus exceptionibus in ti. de renun. & cõclu.
§. i. uer. pone ergo. & uer. ſi quis. Nõ ob
ſtant allegata in cõtrarium qꝛ ꝓcedunt ubi nõ
eſt preſumptio in contrariũ. naꝫ generalitas
preſumptiõibus reſtringitur. ff. de pign. l.
obligõne generali. ff. de pecu. l. qui peculii
& no. in. d. ex parte. ĩ glo. ſupple ſi cõſtat
ex multis generalia uerba reſtringi que diffu
ſe ponit Io. an. in. d. c. ĩ generali. ĩ mercu.

Secũdo quero ſi nõ poſſit opponi niſi ex
ceptio falſitatis & ſolutionis. An alie iuſte
exceptiones opponi poterunt? Non uidetur
quoniã exceptio firmat regulã de regu. iur.
l. i. ĩ. fi. prime glo. cũ ergo certi ſunt caſus
exceptuati in reliquis regula firma manet. et
ſtatutum loquẽs de certis exceptiõibus taxa
tiue ad alias extendi nõ poteſt. C. de pa. qui
fil. diſtra. l. ii. & qꝺ no. in. c. in argumen
tum. de re iuri. li. vi. per Dy. Iſta ꝓprietas
niſi eſt dictiõis taxatiue qꝛ excludit quicquid
nõ includit ex ui ſermonis. ff. de nego. geſ.
l. qui aliena. §. libertus. In cõtrariũ eſt ue
ritas tex. eſt iuncta glo. in. l. ita pudor. C. ꝺ
adulte. Et hoc in his terminis tenet ibi Cy.
pro hoc rõnes & iura ſupra proxime ꝯõnis
pro hac parte allegata. Non obſtant cõtraria
quoniam licet exceptio firmet regulaꝫ tamẽ
eam nõ ampliat ut includat ultra q̃ꝫ alias de
ſe regula includeret ut. l. generali. ff. de aur
& argen. lega. ubi hoc tenet Bar. Et eſto q
dictio taxatiua excludat quicquid non inclu
dit: illud qꝺ excludit remanet ſub regula: et
quo ad excluſa nihil operatur: niſi prout uir
tus regule importat ut. d. l. ii. C. de pa. qui



VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſi.diſtra. Vnde in propoſito eſto ꝗ ſtatutũ
diſponat ꝗ nõ poſſit aliqua exceptio opponi
niſi ſolutiõis & falſitatis: quo ad alias tamẽ
habetur ac ſi nulla fuiſſet excepta cum rema
neat ſub regula que licet ſit generalis non ta
men excludit exceptiões legitimas: ut dictũ
eſt.ſ.proxima queſtione. Qua ratione attẽ
ta hoc idem dicendũ eſt ſi ſtatutum diceret:
ꝗ nulla exceptio poſſit opponi niſi ſolutio
nis & falſitatis: & nulla alia poſſit opponi:
quia eo modo quo prima generalitas reſtrin
gitur: ſic & ſecũda. Sꝫ contra predicta ĩ hac
& precedẽti.q.uidetur dictũ Bar.ĩ.d.l.i.
§. & pui refert.ff.q ui aut claꝫ.concluden
tis exceptiones procedẽtes ex aliquo capitu
lo ſtatuti opponi poſſe. exceptiones uero ꝓ
cedentes ex aliis partibus iuris non. Solutio
ibi dictum Bar.debet intelligi quando ſtatu
tum diſponit ꝗ inſtrumenta publica executi
oni mãdentur & ꝗ nulla exceptio poſſit op
poni niſi & ce. Rõnem huius & declaratio
nem uidebitis ſtatim in.iiii.qõne.

Tertio quero pro predictoruꝫ & dicẽdo
rum intelligentia clariori: dicat ſtatutum ꝗ
non obſtante exceptione falſitatis & ſolutio
nis & aliis quibuſcunqꝫ publica inſtrumẽta
executioni mandẽtur uel firma uel ualida ha
beantur. an alie iuſte exceptiones opponi po
terunt? Rñdeo neqꝫ noĩate neqꝫ alie opponi
poterũt pares uel minores expreſſis ut not.
Bu.ĩ.d.c.ex parte.in glo.ſupple in fi.et
Io.an.poſt Hoſti.ſuper ea.ad hoc de ꝑcu.
qui ad agendum. & quod no. Bar.ff.ſiquis
cau.l.ſed & ſi quis.§.queſitũ. Differt hec
queſtio a precedentibus quoniã in preceden
tibus exceptuati caſus ponuntur dilatiue &
ampliatiue & ſic clara eſt ſtatuẽtis intentio

Quarto quero ſtatutuꝫ dicat ꝗ inſtrumẽ
ta publica habeant executionẽ parataꝫ & nul
exceptio poſſit opponi niſi ſolutionis & fal
ſitatis & ce. an alie iuſte exceptiões opponi
poterunt. aduerte in his terminis debet intel
ligi: quia ſic cõmuniter ſtatuta loquntur licet
ſimpliciter ſtatuta loquantur Bart.in.d.§.
et parui refere. diſtĩguit quia aut alie excepti
ones d͛ſcẽdũt ex aliquo capitulo ſtatuti eiuſ
dem ciuitatis & ille poſſunt opponi ut.dicti
.§. & parui refert.cum ſua glo. & in.d.l.
ita pudor.non enim eſt ueriſimile ꝗ ſe p illa
generalia uerba uoluerit corrigere ut.ff.de
condi. & demon.l.nam & ea. & .C.de ĩof
fi.teſta.l.ſi quando. Si uero exceptiones ta

les deſcendunt ex aliis partibus iuris.tunc di
cit ꝗ non poſſint opponi quia debemus ĩhe
rere uerbis ſtatuti qꝫ qꝫ duris ut.l.proſpe
xit.ff.qui & a qui. & .l.i.§.ſi is qui nauẽ
ff.de exercito. ſm euꝫ quẽ licet per alia uer
ba in effectu ſequitur Anto.de butri.in dcõ
.c.item cum quis.de reſtitu.ſpo. ubi epilo
gat omnia dicta Bar.in dicto.§. & parui re
fert. Contra primã ptem diſtinctionis facit
terminatio ſupra prime & ſecũde queſtionis
Ideo quia in hac qõne conſiſtit plurimum in
telligentia huius materie. Sciendum eſt ꝗ de
iure cõmuni ſententia: iuramentum & cõfeſ
ſio executionẽ paratam habent. Primum ꝓ
batur.C.de execu.rei iudica.l.i. & .l.ſi ut
proponis.ff.de re iudi.l.a diuo pio.§.ſic
exequũtur. & .l.ſi cum nulla.ff.ad turuli.
.l.i.§.fi. & in Specu.de execu.ſentẽ.§.
.i.per totum. De ſecũdo uidelicet confeſſi
one iudiciali: eſt tex.de confeſ.l.i.ibi nam
& ſoluere cogitur.ff.de re iudi.l.ſi debito
ribus. & .l.poſt rẽ.uꝫ qñ emanat ĩ iudicio
nõ oblato libello ut no.ĩ.d.l.i.et.l.debito
ribus.ꝓbat̃ et.l.i.C.e.ti.p doc. & ĩ.l.i.
C.de lit.cõt. Et ſi dicatur ꝗliter hoc ꝓcedit
cum in.l.ſi debitori.ff.de iudic.dicatur ꝗ
ſit preceptum. Rñdeo ꝗ illud preceptuꝫ nõ
eſt ſententia ſed tendit ad executionem ſm
Bar.in.d.l.i. De tertio uidelicet iuramẽto
Eſt tex.in.l.fi.C.de fideiuſſo. & in.l.iꝫ
& ſi poſſeſſori.ff.de iureiuran. & in.d.l.
poſt rem.ubi hoc tenet Bar. & intellige de
iuramento uoluntario uel iudiciali non in ne
ceſſario ut.l.naꝫ & poſtea.§.fi.ff.de iure
iureiuran. Et hinc dicit Barto.in.l.ii.ff.d͛
iureiuran.q ſi in fine cõtractus apponeretur
iſta clauſula & poſt predicta quia d͛ predictis
poſſet dubitari dictus ꝓmiſſor detulit dicto
ſtipulatori iuſiurandum ut ſi iurauerit ſe de
bere recipe quod teneatur qui ſtipulator ſta
tim ſibi delato iuramento debere recipere iu
rauit tunc tale inſtrumentuꝫ de iure cõmuni
mandetur executioni. & miratur Bar.ꝗ con
ſuetudo hunc modum non adinuenit. habet
ergo confeſſio & iuramentum uim ſentẽtie
non tamen proprie dici poſſunt ſententie ſꝫ
glo.in dicta.l.i.ff.de re iudi.per quam di
cit Bar.ibi ꝗ ſi ſtatutum dicit ꝗ de qualibet
ſententia condemnatoria ſoluitur gabella ꝗ
de confeſſione ſeu precepto inconfeſſum nõ
ſoluetur gabella. Ex his ſtatuta Italie diſpo
nentia inſtrumẽta publica executiõi mãdari

habent fundamentũ nã inſtrã guarãtigiata ꝗ
in certis ptibus executioni mãdantur funda
tur in precepto notarii hñtis iuriſdictionem
ordinariã inter cõſentiẽtes qui in iure appellã
tur chartularii de quo facit mentionẽ glo.ff
de iudi.l.i. & tex.in.l.rẽ nõ nouã.C.e.ti
& ubi & ad queꝫ in inte.reſti.poſtu.l.fi.
Inſtrã uero cõfeſſionata fundantur ĩ cõfeſſi
one emanãte corã notario ut premittitur in
ter cõſentientes ordinariam iuriſdictioneꝫ ha
bente. Inſtrã uero ſimplicia que habẽt execu
tionẽ paratã ex forma ſtatuti capiunt funda
mentũ p ſimilitudinẽ. An autẽ de iure cõi re
periatur ꝗ inſtrã publica hẽnt executionem
paratã.uide.ĩ.q.vii. Ex his pꝫ ꝗ ſtatuta lo
quẽtia de executione inſtrĩ guarantigiati ſeu
cõfeſſionati nõ uidẽtur a iure cõi exorbitare
Statuta uero loquẽtia de executiõe inſtrõruꝫ
ſimpliciũ ſic. & hoc tꝫ Ange.in.l.ſi pretor
§.ſi iudex.ff.d͛ re iudi.quod facit ad plura
ſtatuta uero redigunt inſtrã ad uires ſentẽtie
cõfeſſionis & iuramẽti.et amplius diſponũt
ꝗ nulla poſſit obici exceptio quo minus illa
executionẽ paratã hẽant & uires rei iudicate
& conſequenter ex natura actus diſpoſiti ex
cludũt oẽs exceptiones ꝓceſſum cõcernentes
ut qꝛ nõ ſit oblatus libellus lis cõteſtata iura
mentũ de calũnia ſñia lata & ſimilia & omẽs
alias q̃s excludit res iudicata cõfeſſio & iura
mentum.C.ſen.re.nõ poſ.l.pẽptorias.C
d͛ preſcrip.lõ.tẽp.l.cũ emptor. Exceptiões
autẽ quas nõ excludit res iudicata cõfeſſio &
iuramentũ.dicta ſtatuta per dicta uerba gene
ralia nõ intelligũtur excludere ꝓbatur hoc a
perte in.c.lꝫ canon.de elec.ubi cõſideratur
ꝗ qñqꝫ datur ĩhabilitas actus geſti de iure na
turali & poſitiuo & tunc reiectio omniũ ex
ceptionum hanc nõ tollit qꝛ reiectio oĩuꝫ ex
ceptionũ fit cõtra actus quatenus aliquid re
cipit eſſe qđ nõ eſt ſi oĩ iure deficit. Iõ ſi op
poneretur in termis.d.c.lꝫ canon.ꝗ cardiã
les qui elegerũt nõ fuerũt cardinales admicte
retur hec exceptio: ſimile in ꝓpoſito ſi dice
retur iſtrũꝫ nõ fore iſtrũꝫ publicũ guarãtigi
atũ uel cõfeſſionatũ ut dicaꝫ.ĩ.xi.q. Qñqꝫ
datur habilitas actus geſti ſeu cãe agentis ſal
tem inſpecto iure nature lꝫ deficiat iure poſi
tiuo. & tunc ſi actus eſt talis cuius ualiditas
ponderatur d͛ iure naturali obiectus excepti
onis cõcludẽtis effectũ actus geſti ſeu cauſe
agentis iure poſitiuo nõ admictitur. Si uero
eius ualiditas ponderetur ſm ius poſitiuuꝫ

ut qꝛ eſt actus qui ſubicitur iuri poſitiuo &
admictitur exceptio ut patent hec ex.d.c.lꝫ
canon.qđ loquitur in actu electionis pape in
qua ꝓceditur ſm merũ ius nature qꝛ eius ele
ctio non ſubicitur ex toto iuri poſitiuo ꝓce
dens. Mõ in ꝓpoſito ex diſpõne ſtatuti pon
deratur actus iuris exequẽdi nõ actus iuris ꝓ
cedendi & reiectio exceptionis uenit ad ius
exequẽdi non aũt ad ius ꝓcedendi iõ opponi
nõ pñt ex natura actus diſpoſiti. exceptiones
uero cõcernẽtes ius exequendi ſic: nõ obſtan
te generali exceptionũ executionũ cõcernen
tium reiectionẽ p dicta.ſ.in.i. & .ii.qõne
Diſtinctio igitur Bart.in termĩs noſtre.q.
uera eſt: uidelꝫ ꝗ exceptiones ꝓcedẽtes ex ali
quo capitulo ſtatuti opponi pñt. ꝓcedentes
uero ex diſpõne iuris cõis nõ. Rõ quoniã ſta
tutũ ex quo deſcendit exceptio: cõſiderat in
ſtrumentũ exequibile: et ꝓpterea nõ obſtãte
reiectione generali exceptionuꝫ opponi pñt
iuſte ꝓcedentes a ſtatuto ſed ius cõe ex quo
exceptiones deſcendũt nõ cõſiderat inſtrũm
exequibile qꝛ de iure cõi inſtrã nõ merentur
executionẽ: iõ nõ pñt opponi ad ius exequẽ
di introductũ a ſtatuto. ſed ſi ſtatutuꝫ nõ in
troduceret ius exequẽdi bene opponi poſſẽt
& ſic loquitur prima & .ii.q. Cõcluſio igi
tur eſt ꝗ generalis excluſio exceptionũ ad ꝓ
ceſſum nõ excludit ſpẽales exceptiões a iure
cõi ſeu ſtatuto ꝓcedentes p dicta in.i.et.ii.
q. Et eadeꝫ rõne generalis excluſio ad ius ex
equendi non excludit iuſtas exceptiones que
ad executionẽ pñt opponi ſiue ꝓcedant a ſta
tuto ſiue a iure cõi. ſed actus diſpoſitio bene
põt excludere exceptiones cõcernẽtes ꝓceſ
ſum & etiã executionẽ ut dicã.ĩ.q.vi. quo
caſu p generalitatẽ reiectionis exceptionum
non ĩportatur ultra naturam actus diſpoſiti
quo minus iuſte exceptiões opponi pñt ſiue
a iure cõi ſiue a ſtatuto ut dictũ eſt ꝓcedẽtes
& hoc uult clare Io.an.in ti.de ſenten.§.
ut aũt in addi.ad Spe.ibi & maxĩe cũ ꝓcedat
nullitas ex ui alterius ſtatuti & ce. & dicam
ĩ.q.xi.hoc etiã uoluit Franci.accur.ut pꝫ
ĩ.q.xviii.ubi eius uerba refero: pro hoc qꝛ
ſtatutũ ius ciuile eſt.ff.de iuſti. & iure.l.
oẽs populi. & ſic ſicut generalis diſpõ iuris
ciuilis oĩum exceptionũ excluſiua legitimas
nõ excludit: ſic nec diſpõ ſtatuti. pro hoc qꝛ
ſtatutũ dꝫ interpretari ſm ius cõe.C.de no
xal.l.ſi ſerui noſtri. & reſtringi ne quis dã
nũ ĩdebite patiatur.ff.d͛ iur.pat.l.adigere



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

.§. quamuis. & ſpālia generalibus derogant
ſiue procedant ſiue ſequantur. ff. de reg. iu
ris. l. in toto. & .l. q. queſitum. §. pe. ff. de
fundo inſtruc. per Bar. unde in terminis no
ſtre propoſite qōnis concluſio eſt q. excepti
ones que non excluduntur ex natura actus di
ſpoſiti per dictaȝ generalitatē non intelligun
tur excluſe: unde omnes exceptiones que op
poni poſſunt ad executionem ſeu ad ius exe
quendi ſeu ad rem iudicataȝ opponi poterūt
cōtra inſtrumenta huiuſmodi non obſtante
generali exceptionū reiectōne per iura allega
ta. ꝫ. in prima & .ii. q. Exceptiones uero q̄
opponuntur ad proceſſum nō quia ille exclu
duntur ex natura actus diſpoſiti dum ſtatutū
diſponit q. inſtrumenta habeant executioneȝ
paratam & de illarum excluſione ſenſit ſtatu
tum non de iuſtis exceptōnibus que opponi
poſſunt ad ius exequendi. & nunc habes ītel
lectum huius materie. Et adde q. de exceptio
ne peremptoria dico. ī. qōne proxima. ī fi.

Quīto iuxta promiſſa quero que ſunt ex
ceptiōes que poſſunt opponi poſt ſententiā
in executione ubi attendendum eſt q. quedaȝ
exceptiones opponuntur poſt ſentiam nō cō
tra ſententiam ſed contra actionem primam.
Et in iſtis ſiquidem aliqua eoruȝ oritur poſt
ſentententiam uel oritur uel renouatur ī ipſa
ſententia: tunc poteſt opponi poſt ſententiā
ita loquitur. ff. de tranſactio. l. poſt. ff. ad
macedo. l. eaȝ & ſi. Declaro mulier tuta uel
lei ano condemnatur exceptione non oppoſi
ta certe in ipſa ſententia mulier intercedit ꝓ
alio & de nouo in ipſa ſentētia obligatur. me
rito poteſt opponere exceptionem poſt ſen
tentiam quia in ipſa ſententia oritur & reno
uatur facit. l. iiii. §. ſi ex conuentione. ff.
de re iudic. Si uero exceptio habuit originē
ante ſententiam tunc regula eſt q. non poſſit
opponi poſt ſententiaȝ ut dicta. l. perempto
rias. C. ſenten. reſcin. non poſſe. Fallit ī mi
nore qui petit reſtitutioneȝ in integrū poſt
ſententiam poteſt opponere ut. ff. de mino
ri. l. minor. xxv. an. obmiſſam. Fallit in mi
lite qui reſtituitur ipſo iure ut poſſit oppo
nere exceptionem ut. l. i. C. de iur. & fac.
igno. Fallit in macedoniano odio creditorū
ut dicta. l. tam & ſi. Fallit in aliis qui reſtitu
untur ex clauſula generali uel iuſta cauſa ab
ſentie ut. l. fi. ff. de reſtit. ī integ. ſm Bar.
in dicta. l. i. C. de iur. & fac. igno. & uide
glo. in dicta. l. i. C. de iur. & fac. ignora.

que enumerat multos alios caſus cuius uerba
quaſi ad litteram ſunt predicta. Quedaȝ uero
exceptiones opponuntur poſt ſententiā con
tra ipſam ſententiam. & hic aduertendū aut
de illa exceptione liquet nullo alio ꝓbato ex
trinſecus ut quia fuit prolata nulla proceden
te inſtātia uel fuit condēnatus dominus ubi
deberet condemnari procurator & ſimilia &
tunc etiaȝ impeditur executio ut. l. i. C. de
executi. rei iudi. & . ff. eo. l. ſi cum nulla.
Si uero requiritur alia probatio extrīſecus:
& tunc aut iſta probatio requirit altioreȝ in
daginem & non impedit executionem ut. l.
fi. C. de ordi. cognit. & . l. ii. C. de fal. &
de in integ. reſtit. c. auditis. Si uero illa ex
ceptio poſſet probari incontinenti tūc impe
diretur executio: caſus ē in. l. fi. C. ſi ex fal
inſtrumen. nam illa. l. loquitur quando iā in
alio iudicio inſtrumenta erant probata falſa
ita q. falſitas erat prompta & manifeſta. Hec
diſtinctio probatur per rationem: naȝ in exe
cutione ſententie adhibetur cognitio ſumma
ria ut. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de
re iudic. ſed in ſummariis cognitionibus ad
mittuntur exceptiones que poſſunt probari
incontinenti non ille que requirunt altioreȝ
indaginem ut. l. iii. §. ibidem. ff. ad exhibē
& . l. ille a quo. §. ſi de teſtamēto. & . l. is
a quo. in princ. ut in poſſeſ. legato. & quan
do dicatur exceptio probari in continenti ui
de. ī. qōne. ix. Ex hoc habetis praticam qn̄
formas exceptiones contra executioneȝ ſen
tentie: quia debes dicere quas paratus ſum in
continenti probare quia ſi non poſſet proba
ri incontinenti iudex poſſet eam reſpuere qꝺ
eſt notandum & menti tenendum ſm Bart. ī
dicta. l. fi. C. ſi ex fal. inſtru. cuius uerba fe
re ad litteram ſunt predicta. & ideȝ licet nō
ſic diffuſe ponit ī. d. l. i. C. de iur. & fact.
igno. & probatur proxima diſtinctio in. l.
ii. C. de edic. diui adri. tollen. Quando autē
exceptio dicatur habere altiorem indaginem
uide infra ī. ix. q. Ex his habes que exceptō
nes opponi poſſunt in executione inſtrumē
ti in terminis ꝓxime qōnis. plurimas tamen
ſpecialiter ſubdam in hoc tractatu. Aduerte
tamē q. licet contra ſententiam exceptio per
emptoria opponi non poſſit ut. l. perempto
rias. C. ſen. reſcin. non poſ. & . ꝫ. dixi hac
eadem qōne contra inſtrumenta opponi pōt
duplici rōne. Prima quia oritur cū inſtrumē
to quod non contingit in ſententia. Secūda

quia quo ad excludendas exceptiones inſtru
mentum non habet uim ſententie quia nulla
cauſe cognitio preiudicialis preceſſit ſꝫ diſti
ctionem tamen premiſſam. & hoc tēt Bal.
in dicta. l. peremptorias. C. ſenten. reſcin.
non poſſe.

Sexto quero dicat ſtatutum q. contra ex
ecutionem inſtrumenti nihil poſſit opponi:
non autem dicit contra inſtrumentum & ſic
differt a quarta queſtione an poterunt oppo
ni exceptiones que opponi poſſunt contra
inſtrumentum? Reſpondeo non ſm Bart.
in. l. ſi filius. ff. quod cum eo. quod dictum
debet intelligi quando ſic ſtatutum diſponit
q. ex natura actus diſpoſiti exceptiones cōtra
executionem excludantur uel quādo ſtatutū
diſponeret q. executio inſtrumenti fieret nō
obſtante exceptione que poteſt in executiōe
opponi. nihilominus iuſte exceptiones exe
cutionem impedientes ſeu que in executione
poſſunt opponi non intelligerentur excluſe
& ſic intellige dictum Bart. ut dixi ſupra in
quarta queſtione.

Septimo quero: an ſit reperire caſum q.
de iure communi inſtrumenta habeant execu
tionem paratam? Reſpondeo ſic: quando in
cōtractu apparet iuramentū delatum uel pre
ſtitum ut dixi ſupra in quarta queſtione. Itē
inſtrumentum depoſiti habet executioneȝ pa
ratam ſcđm Bart. in. l. pen. C. depoſiti. per
illum tex. ibi dum dicit: illico eum reddere
modis omnibus compellatur: & ibi qꝫ celer
rime reſtituatur & ibi quanto citius & cet.
quod etiaȝ apparet ex eo q. exceptiones que
requirunt altiorem indaginem non poſſunt
in eo iudicio opponi. Sed in extraordinario
iudicio reſeruantur. Bald. tamen ibi tenet q.
iudiciarius ordo requiratur & cōſuetudo ob
ſeruatur quod tutius puto.

Octiuo quero quid ſi ſtatutum diſponit
q. inſtrumenta ſcđm ius gentiuȝ exequantur
Reſpondeo omnes exceptiones a iure ciuili
introducte ex natura actus diſpoſiti excluſe
intelliguntur ut dicto. c. licet canon. & di
ctum eſt in quarta queſtiōe ſupra. Et propte
rea teſtamentum factum in Barbaria corā du
obus teſtibus quia preſumitur ibi ius gentiū
obſeruari ualet ſcđm Bar. qui dicit ſic ſe con
ſuluiſſe in. l. ius autem ciuile. ff. de iuſti. et
iure: & executioni mandentur in Italia ubi
uigeret ſtatutum.

Nono quero dixi ī quinta queſtione q. ex
ceptiones requirentes altiorem indagineȝ nō
poſſunt opponi poſt ſentētiā nec impediunt
executionem ſentētie & ſimiliter inſtrumen
torum habentium executionem paratam ut ē
tex. ſm Bar. in. l. pen. C. depoſiti. Quero
quando exceptiones dicantur requirere altio
rem indaginem: & ſic dicantur non poſſe in
continenti probari? Reſpondeo ſcđm Barto
in. l. iiii. §. condemnatū. ff. de re iudic. qn̄
examinari non poſſunt infra tempus īfra qđ
examinatur executio ſi reperiātur bona mo
bilia uel nōīa dicit tex. ī. l. ſi is a quo. ff. ut
in poſſ. lega. Vel clarius ille dicūtur require
re altiorem indaginem que non poſſunt exa
minari infra tantum tempus infra quantum
proceſſus principalis expediretur etiam ſi ta
lis exceptio non opponeretur per. d. l. ſi is a
quo ſm Bar. in extrauagā. ad repri. in uerbo
ſummarie. ex quo patet q. ſi executio inſtru
menti haberet fieri ex forma ſtatuti realiter
& perſonaliter ad uoluntatem creditoris ut
uidi in aliquibus ciuitatibus q. tunc nulla ex
ceptio ꝓbanda admitteretur niſi ea que mo
mēto probari poſſet forſitan per aliud publi
cum inſtrumentum. & propterea cautus de
bet eſſe exceptionem opponens q. ſe offerat
eam incontinenti ꝓbare alias iuſte reici poſ
ſet ut dictum eſt in excipiente contra ſenten
tiam in dicta quinta queſtione.

Decimo quero quid ſi ſtatutum diſponit
q. nulla exceptio contra inſtrumentum oppo
ni poſſit niſi ſolutiōis & falſitatis & ce. cō
ſtat q. in his duabus ſi opponantur debet ob
ſeruari ius cōmune cum nihil ſtatutuȝ ſuper
earum probatione diſponat ar. ff. de libe. et
poſt. l. comodiſſime. c. ſuſceptū. de reſcrip
li. vi. Quid ſi ſtatutum diſponit q. debeat in
fra certuȝ terminū probari et opponūtur alie
exceptōes que per predicta nō intelliguntur
reiecte ut eſt dictum in prima & . ii. iii. q.
an debebunt probari infra terminuȝ iuris cō
munis uel infra terminū ſtatutum ad probā
dum exceptionem falſitatis & ſolutiōis? Re
ſpondeo infra terminū ſtatutū exceptōibus
ſ. nominatis: predicta no. per Bar. ī. l. ſi le
gatū. in prin. de an. lega. & quod no. glo.
in. l. fi. §. ſi a locis. ſuper uerbo conſuman
tur. C. de iur. delibe.

Xi. quero an retentis terminis quarte. q.
poſſꝫ opponi exceptio nullitatis? Reſpōdeo
ſolutio apparet in dicta quarta qōne: uideliȝ
q. quādo ex ꝑte eius qui opponit exceptionē



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

nullitatis nil eſt ꝓbandum ut qꝛ inſtrũꝫ non
eſt publicum uel caret annis domini indicti
one teſtibus uel ſubſcriptione uel obligatio
inſtrumẽto deducta eſt nulla: & tunc exce
ptio nullitatis impedit executionem ut.l.i.
.§.& parui refert.ff.quod ui aut clam.ꝑ
Bar.& .ff.de re iudi.l.iiii.§.condemnatũ
.C.de ꝓcurat.l.licet.C.de ſentẽ.que ſine
cer.quan.l.ii.& ſic intelligitur Innoc.de
offi.deleg.c.cum in iure.& .l.ſi cum nul
la.ff.de re iudi.& .l.i.C.de except.rei iu
di.Quandoqꝫ eſt aliquid probanduꝫ: & tũc
aut iſta cognitio habet altiorem indaginẽ qđ
qualiter intelligatur dictuꝫ eſt ſupra in.ix.
queſtione: & tunc non impedit executionẽ
ut.l.fi.in fi.C.de ordi.cogni.C.de fal.l.
.ii.C.depoſiti.l.pe.ſm intellectum Bar.
aut non habet altiorem indaginem: quia tũc
poteſt incontinẽti probari: & tunc impedit
executionem ut.l.iudicati.C.ſi ex falſ.in
ſtru.& de iudic.l.ſi pretor.§.marcellus.
qui expreſſe hoc probat referendo ad primũ
caſum illius.l.ut glo.facit.Et probatur per
rõnem quia in executione inſtrumenti ſicut
in executõne ſentẽtie requiritur cauſe cogni
tio ut.l.a diuo.§.ſi ſuper.ff.de re iudici.
Sed in cognitiõe ſummaria exceptio que re
quirit altiorem indaginem non admictitur
ut.l.iii.§.ibidem.ff.ad exhiben.C.de edi
di.adri.tollen.l.ii.Sed ille que nõ requirũt
altiorem indaginem ſic ut.l.ille a quo.§.ſi
de teſtamento.ff.ad trebelli.ſic diſtinguit
Bar.in exceptione nullitatis contra ſentẽtiã
in.d.§.condemnatum.& latius in.l.fi.C
ſi ex fal.inſtru.ut dixi in quinta q̃ne.hoc
idem tenet Io.an.in ti.de execu.ſen.§.ult
uer.xvi.in addi.ad Spec.& domini de rota
in eorum deciſione.cclxxxii.Non eniꝫ ꝑ di
ctum ſtatutum firmatur obligatio que nulla
eſt: nam obligationes que carent propriis ui
ribus nec officio iudicis nec magiſtratus nec
lege firmari poſſunt.ff.de actio.& oblig.
.l.obligationes.facit.ff.de teſta.mili.l.i.
inſti.e.ti.§.i.& propterea de nullitate ob
ligationis patente uel que ſtatim poſſit pro
bari opponi poteſt: ut quia contractus ſit fa
ctus contra legem ut.l.non dubium.C.de
legi.C.de ſa.ſan.eccle.l.iubemus.§.ſane.
& omnis nullitatis exceptio undecũqꝫ pro
ueniens ſm predictam diſtinctionem ſiue ꝓ
ueniat a iure ſiue ab aliquo capitulo ſtatuti.
& propterea Io.an.in ti.de ſentẽ.§.ut aũt

uer.hoc autem notandum.in addi.ad Spe.
ſequens Nico.de mat.qui ut ipſe refert ĩ.q.
que incipit: Statutum eſt in ciuitate.tenuit
q̃ ſi ſtatutum eſt in ciuitate q̃ cõtra preceptũ
factum in confeſſum non poſſit excipi niſi đ
falſo uel ſolutione poterit opponi exceptio
nullitatis & maxime cuꝫ procederet nullitas
ex forma alterius ſtatuti allegat q̃ preceptuꝫ
non rite factum non dicitur preceptum.ff.
de contrata.l.non quem uis.cum concordã
tiis allegatis de cler.non reſ.c.tue.in glo.
.ii.& ſuffragio ſuper ea.Et ſic pꝫ q̃ nõ eſt
faciendi uis an procedat exceptio ex ui alteri
us ſtatuti an ex ui iuris cõmunis: ut uidetur
uoluiſſe Bar.in dicto.§.& parui refert.de
quo dic ut dixi in quarta queſtiõe.hinc etiã
Io.an.in preallegato uer.xvi.de ſentẽ.ex
cõmu.§.ultimo.refert Rofre.bono.in ſua
queſtione.xlv.& Guido de ſuza.poſt eum
terminaſſe q̃ ſi unum ſtatutum dat certaꝫ for
mam ſententiãdi & aliud iubet infra tempus
ſententiam executioni mandari non obſtãte
aliquo ſtatuto: ſentẽtia in qua conſtat formã
primi ſtatuti non eſſe ſeruatam executiõi nõ
mandabitur: nec primum ſtatutum cenſetur
ſublatum allegat.ff.de uerbo.oblig.l.doli
clauſula.& .ff.de legat.iii.l.ſiquis.in pri
cipio teſtamenti.quod uerum eſt: quia exce
ptio reſpicit formam executiõis non formã
ſententiandi: & nunc clare intelligis per dcã
in quarta queſtiõe.& hoc in exceptõne nul
litatis patente ſeu alia nõ patente ut uult Bar
ĩ dicto.§.parui refert.dũ dicit opponi poſ
ſe non obſtante ſtatuto q̃ inſtrumentuꝫ non
eſt inſtrumentum publicum nel caret annis
domini indictione ſubſcriptione que concer
nũt nullitatẽ & q̃ inſtrũm nõ eſt guarantigi
tum ſiue confeſſionatum que concernũt ſub
ſtantiam inſtrumenti & ſolennitatem a ſtatu
to requiſitam.ergo idem in aliis exceptioni
bus non patentibus que ꝓbari poſſunt incon
tinenti cum a pari iudicentur ut in hac q̃ne.
& in quinta dictum eſt ſm ipſum abſqꝫ diſti
ctione prouenient a ſtatuto uel a iure cõt.

Xii.quero an retentis dictis terminis cõ
tra inſtrumentũ poſſit opponi exceptio pre
ſcriptionis inducte a iure cõmuni uel ab alio
ſtatuto? Reſpondeo ſic ſi ꝓbari poſſit incon
tinenti uel liqueat ex inſtrumento alias non:
ut dictum eſt ſupra in precedenti queſtione.
Idem in exceptione pacti de non petendo &
in exceptione ſolutionis.hoc in exceptione

ſententie tenet Io.an.in ti.de execu.ſent.
uer.xvi.in fi.Item in exceptione nouatiõis
& contrarii laudi.Primum ponit Specul.in
de execu.ſenten.§.fi.uer.in utrunqꝫ Bal.
in.l.ii.C.de execu.rei iudi.Idem de excep
tranſactionis dicit Spe.in dicto ti.uerſ.xii
quod intellige quando ualet tranſactio.nam
ſuper inſtrumento confeſſionato ſeu guarã
tigiato uel alio executionem merente niſi in
dubiũ reuocetur trãſigi non poteſt ſicut nec
ſuper ſententia que tranſiuit in rem iudicatã
de qua nulla habetur exhibitio ſm Bar.C.de
tranſac.l.ſi cauſa cognita.ff.e.ti.l.ſi poſt
rem.§.i.& .ff.de condi.inde.l.elegãter
.§.i.& Io.an.latius in ti.de arbitro.§.i.
uer.arbitraror uero.ad fi.in additi.que inci
pit: Eſt ſciendum.& idem in compromiſſo
quod uerum intellige niſi partes tranſigerẽt
uel compromicterent cum clauſula nõ obſtã
te inſtrumento quoniam tunc uiderentur in
ſtrumento renuntiare ſm Bal.C.de tranſac
.l.ſi diuerſi.Ideꝫ in aliis exceptionibus ex
ecutionem ſententie impedientibus conueni
entibus executioni inſtrumentorum ut me
tus doli & aliis que Specu.ponit in dicto ti
de execu.ſenten.Ideꝫ in exceptione non nu
merate pecunie ſm Cy.in.l.in contractibus
.C.de non nume.pecu.in quarta queſtione
in prin.& idem Bal.ibi.

Xiii.quero quid in exceptione ſimulatio
nis? Bart.in.l.i.§.& parui refert.dicit q̃
ſimulatio bene facit deficere contractuꝫ quia
cum deficiat conſenſus non eſt ille cõtractus
qui ſimulatur ſꝫẽ ille qui uere agitur ut ĩ to
to ti.C.plus uale.quod agi.ſed tamen bene
eſt inſtrumentum publicum.C.ſi quis alte
ri.l.i.& .l.quauis.& .l.cum proponas.
Eſt ergo inſtrumentum publicum tamen di
citur cõtractus ſimulatus.unñ iſta exceptio ñ
poſſꝫ opponi niſi a ſtatuto permicteretur qꝛ
non impugnat inſtrumentum ſed impugnat
uires cõtractus cõtentas in inſtrumento ſm
eum.Ex cuius theorica habes q̃ ſtatutum ꝓ
hibens exceptionem opponi cõtra inſtrumẽ
tum non excludit exceptionem contra cõtra
ctum & econtra.& ſic multum ſunt attendẽ
da uerba ſtatuti ut dixi in.vi.queſtiõe.Bal.
autem in propoſita queſtiõe in.l.i.C.plus
uale.quod agi.dicit q̃ aut eſt ſimulatio ꝓba
ta per preſumptionem iuris & de iure & po
teſt opponi ut.C.đ dona.ante nup.auten.
ſꝫ iã neceſſe.aut eſt ſimulatio ꝓbanda & tũc

refert aut obicitur contractui & non poteſt
opponi: aut ſubicitur rogitui tabellionis: qꝛ
dicitur q̃ rogatus fuit ſimulate: & poteſt op
poni dicendo q̃ notarius fuit ſimulate roga
tus quia partes finxerunt ſe rogare cum non
intenderent eum rogare uel dicendo q̃ teſtes
fuerunt ſimulate adhibiti.per hoc enim dici
tur q̃ inſtrumentum non eſt inſtrumentum
quia deficit ſolennitas in ſubſtantia rogitus
ut in auten.de tabelli.§.nos autem.Et ideo
ſalua ſemper ueritate que debet eſſe ſemper ĩ
preponente & opponente q̃ ſm eum eſt dili
genter notandum.Idem autem Bal.in.l.fi.
.§.ſi in computatione.circa fi.C.de iure de
liberan.dicit q̃ heres qui ex forma ſtatuti nõ
poteſt opponere q̃ inſtrumentum eſt ſimu
latum: quia inſtrumentum ſimulatum nõ eſt
inſtrumentum cum non faciat fidem ſimula
tione probata.unde licet ſuperficialiter appa
reat eſſe inſtrumentum tamẽ ſubſtantialiter
nec intellectualiter eſt inſtrumentuꝫ.nec enĩ
proprie dicitur q̃ abuſiuuꝫ eſt ut.ff.de ſuis
& legi.l.item pretor.& inſtrumentũ quod
non habet uim probandi non eſt proprie in
ſtrumentuꝫ quia dicitur ab inſtruendo.ff.de
uerbo.ſigni.l.notionem.§.inſtrumẽtorũ
Statutum enim debet intelligi de inſtrumen
tis efficacibus nõ de nullis ut patet.ff.de pe
nis.l.ſi quis aliquid.§.teſtamẽtũ.ff.quẽ.
teſ.ap.l.ii.§.i.nã illud qđ caret effcũ etiã
noĩe caret ut.C.de ꝓba.l.cũ precibus.niſi
ſtatutũ remoueret expreſſe exceptõeꝫ ſimula
tiõis qꝛ tũc ꝓpter ĩiquitatẽ ſtatuti recurrere
tur ad ſubſidiũ eccleſie.ſecus ſi ſtatutũ nõ re
moueret exceptionẽ ſed aſſignaret certuꝫ ter
minũ qui nõ dicitur iniquitas ſꝫ iuſtitia poſi
tiua ut.ff.de poſtu.l.i.§.mixtum.in uer
bo ratus ſm eũ cuius uerba ſũt predicta.Ad
uerte ꝓ clariori intelligentia huius q̃nis.Si
mulatio eſt genus cõtinens plures ſpẽs.naꝫ
quãdoqꝫ figuraliter agitur unus cõtractus ſꝫ
in ueritate agitur q̃ nihil ualeat.Interdũ agi
tur q̃ ualeat ut alius contractus non ut figu
raliter celebratus.Interdum celebratur unus
contractus figuraliter.ſed agitur ut modico
tpe duret.Interdum celebratur primus cõtra
ctus figuraliter pretextu alicuius.Exẽplum
primi membri ſi aliquis timet tyrannum uel
uult effugere onera alicuius uel aliquid ſimi
le facit alienationẽ bonorũ ſuoruꝫ uel partis
ipſorũ ĩ aliũ cũ ĩ ueritate agebatur ĩter eos q̃
nõ foret alienatio ſed ſolũ fiebat ad reparãdũ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Hac puto appellari chartam ad apparitet ſa
ctam hoc eſt ad apparenduʒ ſeu ad reparandũ
& de hac queſtione loquitur . ff . de contra .
empt . l . nuda . & . ff . de reg . iur . l . imagina
ria . ff . de ritu nupti . l . ſimulate . & de aqua
plu . arcen . l . emptor . quo caſu non ualet ut
dictis iuribus patet . Exempluʒ ſecundi mem
bri quando celebratur contractus uẽditionis
& agitur contractus pignorum : & tunc ua
let quod in ueritate agitur non quod ſimula
te concipitur . C . plus ual . q̃ agi . per totum
. C . de contrahen . empti . l . empti fides . &
no . in dicta . l . nuda . & dicta . l . imaginaria .
Exemplum tertii membri quia forte emptor
debet reuendere cito ut . ff . de manu . l . iiii .
. §. ſi ab ignoto . Hec tria poſuit Bart . magi
ſtraliter in quodam ſuo conſilio quod ĩcipit
In nomine domini amen : factum tale eſt Pe
trus Nichole . Exemplum ultimi membri ſi
promicto ex cauſa mutui pro ſalario patroci
nii preſtando . Circa quod membruʒ aduerte
quia interdum promictitur ex cauſa mutui
uel alterius iuſti contractus quod debebatur
ex alia iuſta cauſa iam preterita & finita ut ſi
promicto ex cauſa mutui quod debebam ex
cauſa iuſti patrocinii preſtiti : tunc tenet con
tractus . C . ſi cer . peta . l . ſi ex pretio . ff . e .
. l . ſingularia . nec poteſt dici ſimulatus quia
obligationis ſubſtantia non deficit & debitũ
ex una cauſa poteſt in aliaʒ conuerti ut dictis
iuribus patet . Et propterea eſto ꝗ ex forma
ſtatuti poſſet opponi exceptio ſimulationis
hoc caſu ſimulationis exceptio opponi non
poſſet quia ut dictum eſt non eſt contractus
ſimulatus ſm Bar . hoc tenentẽ in dicta . l . ſi
ex precio . Quãdoqʒ promictitur illud quod
non debetur ex iuſta cauſa futura : tunc cauſa
non ſecuta opponi poteſt exceptio ſimulati
onis quoniam etiam ſi promictitur ex cauſa
mutui ex cauſa futura : cauſa nõ ſecuta intra
biennium opponi poteſt exceptio non nume
rate pecunie ſeu non ſecute cauſe que idem ẽ
quod exceptio ſimulationis . C . de poſtula .
. l . ſi ſub ſpecie . ubi hoc per Bar . & Bal . cõ
cludẽtes ꝗ ubi ex forma ſtatuti poteſt oppo
ni exceptio ſimulationis ꝫ inſtrũʒ huiuſmõi
poteſt opponi etiam exceptio nõ numerate
pecunie in caſu quo de iure talis exceptio de
tur . Quandoqʒ promictitur illud quod non
debetur ex cauſa preſẽti uel futura turpi uel
inhoneſta uel nulla : tunc habet locum exce
ptio ſimulationis uel exceptio ſine cauſa uel

etiam iniuſta cauſa ut . l . i . C . de conditi . ob
tur . cãm . & dicta . l . ſi ſub ſpecie ſm Bart .
ſubdens ꝗ quando ex forma ſtatuti permicti
tur opponi exceptio ſimulationis debet ĩtel
ligi quando permictitur ſpe future cauſe nõ
ſecute . & tamen alia cauſa in inſtrumẽto ex
primitur uel pretextu alicuius cauſe iniuſte
uel turpis . & hec eſt uera exceptio ſimulati
onis non quando debitum ex una cauſa iuſta
promictitur ex alia iuſta cauſa ſm euʒ ibi &
in dicta . l . ſi ex pretio . ſicut igitur ex predi
ctis plures ſunt ſpecies ſimulationis : & uer
bum ſimulationis multipliciter poteſt intelli
gi . ex quo liquet ꝗ dicens inſtrumentuʒ ſimu
latum ſiue agendo ſiue excipiendo debet ſpe
tiem ſimulatiõis exprimere alias nulla alia fa
cta declaratione ille contra queʒ dicitur ſimu
latus debet obtinere ut . l . i . in princi . ff . de
eden . & . l . pomponius ſcribit ſi frumentũ
. ff . de rei uendi . in fi . que loquitur in agen
te & idem in excipiente ut . l . i . §. labeo . ff .
de flumi . & de leg . i . l . titie textores . in pri
Idem in probante obſtare ut . ff . de no . oper
nunc . l . non ſolum . §. ſed ut probari . & ibi
no . C . de peti . here . l . ſi poſt motam . & q̃
nota . in glo . ſuper uerbo probaretur : & ẽ ex
preſſum de probat . in . c . in preſentia . & ſic
concludit Barto . in preallegato conſilio ſub
dens in eodem ꝗ conſtitutio precarii non fa
cit ceſſare ſimulationem quando alias contra
ctus preſumitur ficticius quia ſicut preſumi
tur fictus contractus ſic & actus conſtitutio
nis precarii allegat . l . i . C . de ſuffra . & ideʒ
in renuntiatione exceptionis ſimulatiõis . ff
de nouat . l . doli . uer . uerſum . Sed an exce
ptioni ſimulationi huiuſmodi poſſit renun
tiari poſuit latius Bar . in . l . nemo poteſt . ꝺ
lega . i . Et modum proponendi & articulan
di ſimulationem poſuit . C . de pact . l . pacta
nouiſſima . Et an ex contractu ſimulato trãſ
feratur dominium uel poſſeſſio poſuit in . l .
emptor . ff . de aqua pluui . arcẽ . Que ſtudio
breuitatis huius tractatus obmicto . Ad ſolu
tionẽ igitur queſtionis longius utilitatis cau
ſa euagatus rediens concludo ꝗ ſimulationis
exceptio proprie ſumpta opponi poteſt cuʒ
diſtinctione an ſit patens & ſi non ſit an poſ
ſit incontinenti probari uel nõ ut dixi in . v .
queſtione . Que autẽ ſit exceptio ſimulatio
nis proprie pʒ ex predictis : qꝛ illa eſt que in
ſtrumentuʒ anullat ſeu eneruat ipſo iure uel
ope exceptionis nõ illa que uiribus ſubſiſtit :

fateor ꝗ ſi petatur excipientẽ habere declara
re ſpẽm ſimulationis ꝗ procederet iudicium
in ſpecie probata . C . de anna . excepti . l . i .
. Ex his etiaʒ pʒ ꝗ ſi ſtatutum permicteret ex
ceptionem ſimulationis opponere ꝗ omneʒ
ſpẽm ſimulatiõis opponeret que uideliʒ anul
laret uel eneruaret inſtrumentũ ipſo iure uel
ope exceptionis & ce . & ſic etiaʒ exceptio
nẽ nõ numerate pecunie : & oẽs ſimulatiõis
ſpẽs huiuſmodi poſſent opponi & ꝓbari ſm
ius cõe ſiue requireret altiorem indaginem ſi
ne non quia intelligitur ſtatutum eã ſimulati
onis exceptionẽ permictere ꝗ opponatur ad
ꝓceſſum ut pʒ ex dictis . iiii . q .

Xiiii . q̃ro an retentis dictis termĩs . iiii .
q̃nis opponi poſſit ꝗ inſtrumentũ nõ eſt li
quidum . Aduerte pro intelligentia uidendũ
eſt : an inſtrumenta que non ſunt liquida poſ
ſint executioni mãdari : uerbi gratia ꝓmiſiſti
mihi damna ſeu intereſſe & dicendum eſt ꝗ
ſic quoniã obligõ predicta oĩ reſpectu ẽ pre
ſens & non dicitur habere diem neqʒ conditi
onem ſicut quando qualitas legata debet alte
rius arbitrio declarari ut no . in . l . i . ff . de le
ga . ii . ubi per dictã rõnem hoc tenet Bar . in
ultima . q . & Bal . in . l . ii . C . de excepti . rei
iudi . debebunt tñ liquidari ſm eos . Moduʒ
aũt liquidandi ſeu pratica eſt duplex . Primo
ꝗ actor petat inſtrumentũ non liquidum ex
equi & in proceſſu executionis liquidari in
ſtrumentũ . hunc modũ tradit Bart . in . l . i .
ff . de edendo . per ibi nota . & in . l . ii . C . de
ſentẽ . que ſine cer . quan . uideliʒ incõtinenti
petita executione inſtrumenti ꝓducat articu
los ꝓ liquidatiõe ad probationẽ damni uel in
tereſſe que ꝓbatio non requirit libellum uel
litis conteſtatiõnẽ ſeu alium ordinem iudici
arium ſed ꝓceditur ſummarie ſm formã . l . a
diuo pio . §. ſi ſuper rebus . ff . de re iudi . ſi
cut in executione ſñie late in iudicio uniuer
ſali : & no . in . d . l . i . de eden . ſm Bar . in . d
. l . ii . C . de ſen . que ſine cer . quan . & . l . ſi
cum exceptioneʒ . §. hec aũt actio . ff . quod
me . cã . & . C . de pigno . l . iii . in . iiii . q̃ne
& Bal . in . d . l . ii . C . de execu . rei iudi . &
fiet talis ꝓbatio per omne genus & ſpẽm ꝓ
bationis . Nam inſtrumentũ non liquiduʒ cõ
tinet obligationeʒ uelatam que poteſt detegi
tam teſtibus ꝗʒ inſtrumentis ꝺ teſti . c . ſicut
nobis . ſm Bald . ibidem ſubdens uero ꝗ oĩs
exceptio in examĩe liquidatiõis opponi poſ
ſit non obſtante ſtatuto exceptionum exclu

ſiuo de quo agimus : cuius ſtatuti beneficio
non gaudent inſtrumenta pendente liquida
tionis articulo quia ſtatutum non dicit ꝗ nõ
poſſit opponi cõtra liquidationem : ergo ſta
mus iuri cõmuni . & cum liquidatõ requirat
cauſe cognitioneʒ pars citari debebit ſm euʒ
& hoc intelligit ut dictum eſt in obligatiõe
pura ad eſſe deducta lʒ non liquida ut ĩ exem
plo propoſito ſi promiſiſti mihi damna & ĩ
tereſſe ſed in obligatione deducẽda ad eſſe ꝑ
liquidationem : uerbi gratia promiſiſti mihi
non uenire contra ꝓmiſſionem certã ſub pe
na mille : nam non poſſum petere executionẽ
ad mille niſi liquidatur & probetur te ueniſſe
contra ꝓmiſſionem certe ad liquidationẽ ſeu
probationeʒ huiuſmodi ꝗ ueneris cõtra pro
miſſionem requireretur libellus litis conte .
& ſñia per quam obligatio per iudiciariuʒ or
dinem liquidata deducatur ad eſſe ſm Bar . in
d . l . iii . C . de pigno . in . iii . q . uer . ſed quali
ter liquidabitur . Secũdus aũt modus ſeu pra
tica liquidandi eſt ꝗ actor petat prius inſtru
mentum liquidari & eo liquidato liquiduʒ ꝓ
nunciari & eũ exequi . Hanc praticam ſentit
Bar . in . l . pinde . §. nondũ . ff . ad . l . aequi .
& Bal . tradit in . d . l . ii . C . de exec . rei iudi
& tantũ puto ꝗ eo liquidato poſſit fieri exe
cutio . probatur optime in ſimili in cle . audi
tor . de reſcrip . ĩ fi . in prima glo . Poteſt igi
tur ante petitam executioneʒ liquidari ĩſtru
mentum & poſt in proceſſu executõis petite
Vltimum plus laudo & preualet in obſeruan
tia : utroqʒ tamen caſu articulus liquidatiõis
. i . inſtrumenti puri licet non liquidi . ꝑ pre
dicta pariter examinatur & decidatur uideliʒ
ſine ordine iudiciario ut dictuʒ eſt ſupra . Et
ex his habes ꝗ exceptio ſimulationis poteſt
indiſtincte opponi ſtatuto predicto non ob
ſtante ꝗ intelligi debet de inſtrumento & li
quido & puro .

Xv . quero retentis terminis ſepe dictis :
an opponi poterunt exceptiones cõcernẽtes
perſonam ut puta non potes eſſe in iudicio
quia minor excõmunicatus uel bannitus &
ſimilia ? Reſpondeo ꝗ ſic : quia iſta non ꝓhi
bentur opponi per ſtatutum prohibẽs oppo
ni exceptiones contra inſtrumentuʒ quia nõ
reſpiciunt inſtrumentũ ſed perſonã agentis
ar . l . filio . ff . de inoffi . teſta . & Bar . in . d
. §. & parui refert . adde . ꝭ . in propriis que
ſtionibus ſubdo .

Xvi . quid ſi minor iurauit ſe maiorẽ &

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

ſic cōtraxit uel preceptū in ſe recepit. Nico.
de mat. ut refert Io. an. in ti. de ſentē. §. ut
autem. uer. hoc autē allegato. ꝫ. in. xi. q. te
nuit ꝙ ſi minor iurauit ſe maiorem & confeſ
ſus debitum recepit preceptū utrū ſi ipſe mi
nor fuit in dolo & creditor ī bona fide tenu
it preceptum rōne doli & ſacramenti ꝑ. l. i.
§. an ī pupillū. C. depoſiti. Si uero creditor
ſciebat ipſuꝫ eſſe minorē: & ſic de dolo ipſi
us cōqueri nō poteſt. ff. de act. emp. l. i. C.
de in inte. reſti. mi. l. de tutela. de reg. iur.
c. ſcienti. li. vi. & alterius ſtatuti ꝙ anullat
obligōnem minorem aliter factaꝫ forma ſer
uata nō fuit dicit preceptum nullū & maxie
ſi errauit tūc putans ſe eſſe maiorē. ff. de cō
feſ. l. nō fatetur. ad idem. ff. de pac. l. ſi cū
te. ff. de ac. emp. l. ſi heres. ſicut ergo una
lex per aliā determinatur ſic ſtatutuꝫ ſtatuto
& etiaꝫ lege alias ſequeretur ꝙ preceptum fa
ctū furioſo pupillo ꝓdigo: cui īterdictū erat
bonis exequendū foret qđ foret abſurduꝫ ut
igitur preceptuꝫ ualeat oꝫ duo cōcurrere. ſ.
ꝑſonā ꝗ precipet & ꝑſonā cui precipi potue
rit. ff. de cōſ. tuto. l. i. & . l. naturali. §. i
et ſm hoc defuit tā lege ꝗꝫ ſtatuto dicit tñ ꝙ
